Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aperiatur terra. audiatq; maria & germinet saluato
rem. pariatq; ihm. Propha dicit. Ecce uirgo in utero con
cipiet & pariet filium & uocabitur nomen eius emanuel.
Hoc etiam euangelista cum diceret secutus est & exposu
it dicens nobiscum ds. Ecce apls dicit de filio suo qui factus est
ei ex semine dauid scdm carnem. Quod pphe preuide
runt & predixerunt. hoc apli uiderunt & predicaue
runt. Factus est qui erat. qui factus est uerbum erat. caro fac
tus est filius di erat. filius hominis factus est. Ds erat. homo fac
tus est. suscepit humanitatem non amisit diuinitatem. Factus
est humilis. mansit sublimis. natus est homo non desti
tit esse ds. natus est paruulus latens magnus. Qui liben
ter amplectitur dm natum. non horreat uirginis partum.
Dicit tibi creator hominis. filius hominis. Quid est quod
te pmouet in mea natiuitate. Non sum libidinis conceptus
cupiditate. Ego matrem de qua nascerer feci. ego uiam meo
itinere preparaui atq; mundaui. Hanc quam despicitis
mater mea est. s; manu fabricata est mea. Si potui inqui
nari cum ex ea nascerer. sicuti transitu meo illius non est cor
rupta uirginitas. sic mea ibi non est maiestas polluta. Si so
lis radius cloacarum sordes siccare nouit inquinare non
nouit. quanto magis splendor lucis eterne. in quo nichil
inquinamenti occurrit quocumq; radiauerit. munda
re potest ipse pollui non potest. Stulte. unde sordes in
uirgine matre. ubi non est concubitus cum homine pa